



Job. xix.

Mat. xxvij

Job. xix

Mat. xxvij

Luc. xxiiij.

Mat. xxvij

Mar. xv. Luce xxiiij

Mar. xxvij

Luc. xxiiij

Mat. xxvij

Mat. xxvij

Luc. xxiiij

Mar. xvi

Mat. xxvij

Mar. xvi

Mar. xxvij

Mar. xvi

interrogavit si iam mortuus esset. Et cum cognovisset a centurione donavit corpus Jesu ioseph. Ioseph ergo mercator est synagoga et venit et tulit corpus Jesu. Venit autem et Nicodemus qui venerat ad Jesum nocte primum ferens mixturam mirre et aloes quasi libras centum. Acceperunt autem corpus Jesu et involuunt in sindonem mundam. Ligaverunt lintheis cum aromaticis sicut mos est iudeis sepelire. Erat autem in loco ubi crucifixus est Jesus ortus et in orto monumentum novum quod erat excisum de petra in quo nondum quisquam positus erat. Ibi ergo propter parasceuen iudeorum: quia iuxta erat monumentum imposuerunt ihesu. Et ad volentes saxum magnum ad hostium monumentum abierunt et dies erat parasceues et sabbatum illucescebat. Erat autem ibi maria magdalenae et maria ioseph et mulieresque cum ipso venerunt de galilea sedentes contra sepulchrum aspicientes ubi poneretur corpus eius. Et revertentes paraverunt aromata et unguenta: et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum. Altera autem die que est post parasceuen conveniunt principes sacerdotum et pharisaei ad pilatum dicentes: Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc vivens: Post tres dies resurgam. Iube ergo custodiri sepulchrum usque in die tertium: ne forte veniant discipuli eius et furentur eum et dicant plebi: surrexit a mortuis: et erit novissimum error prioris. Ait illis pilatus: Habetis custodiam: ite custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes inveniunt sepulchrum signantes lapidem cum custodibus. Despere autem sabbati que lucefcit in prima sabbati. Veniunt mulieres ad monumentum valde diluculo portantes que paraverunt aromata. Et dicebant ad invicem. Quis revolet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim domini descendit de celo: et accessit et voluit lapidem ab ostio monumenti et sedebat super eum. Erat autem aspectus eius sicut fulgur et vestimenta eius sicut nix. Pre timore autem eius exterriti sunt custodes. Et facti sunt velut mortui. Et respicientes viderunt revoletum lapidem. Erat quippe magnus